

doctissimis libris, & nunc frequentissimo Ingolstadtensi auditorio, penitiores nobiliorum trium linguarū recessus, ut egregie callet, ita summa facilitate studio-
 sis aperit, & citrà fastidium publicitus authores insi-
 gnes profitetur, PHILIPPVM MELANCH-
 THONEM prætereo, qui ex professo etiam scripsit
 grāmatica, tam amœno & excellenti ingenio, equidē
 plurimum digna, hunc ego ceu phœbum alterū iam re-
 cens ortum, unice colo atq; suspirio. Proximus illi IO-
 OECOLAMPADIVS Theologus eloquentiss.
 grāmatica græcæ literaturæ edidit, & alii doctissimi
 Germani quos lōgum sit numerare. Sed quorsum hæc
 nisi ut intelligas eruditissimis uiris semper cordi fuis-
 se ut iuuentus in utraq; lingua institueretur à cunabu-
 lis, deinde etiam ut recte institueretur. Cæterum quod
 integerrimos futuros, mihi polliceor uirtutiq; stre-
 nue nauaturos operam, quicumq; ad hæc studia conten-
 derint, nō est quod te doctissime Botzheimi edoceam,
 Vulgatum est illud Nafonis uerbum,

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes

Emollit mores, nec sinit esse feros,

Cui finitimum est illud græcicum ἄπαιταρ ἢ πᾶσι
 δ' ὅστις ἡμέρας ποιεῖ Proinde liceat mihi, bona ue-
 nia non exueterū annalibus, sed ex nostro hoc seculo
 exempla peterè. Posteaq; excessi ex ephœbis ab hinc